

Tam Archangelorum Cherubin ac Seraphin, quam omnium Sancto-
rum communionum in Ecclesia sancta Catholica, Gloriam DEO in excelsis, Pacem in terris, & bonam
voluntatem in Hominiis decantantium.

Pro Regia Coronatione, Regie Majestatis.

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO ATQ;
clementissimo FERDINANDO Secundo, Regi Bojemæ, invictissimo

Archiduci Austriæ, Illustrissimo Duci Burgundie, Syriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Wirtenberge, Comiti
Tyrolis, Habsburgi, & Goritiæ Principi Augustissimo.

In prosperimum successum, & felicissimum Romani Imperij, ac Impe-
ratoris nostri incrementum Gratitudinalis, pietatis, atq; humillimæ animi Reverentiz ac observantiz ergo, tam erga
Deum Opti Max: quam Potentissimum erga Regiam Majestatem consecrata, ac Anno MDCCLXXII. dedi-
cata Per me.

ADAM PRÆTORIUM SENIOREM FOGTT, MÜNSTERBERG: SYLESIIUM, HACTE-
nus Concionatorem Militarem Evangelicum.

HÆC EST ipsa Dies, ab Apolline consecrata,
Ferdinando Imperatori, tibi.

Hæc est ipsa Dies, quæ Pax, concordia rursus

Inter se miscent oscula, Amoris, opus.

Hæc est ipsa Dies, resonant cui carmina Musæ,

Aligerum Reges, ob Diadema ducis

Imperiale novi, qua de re, secula Mundi

Aurea, magnæ Jovis Regia scepra, vigent.

O Gens Elysij repido expergisce sopore,

Ut resones Regi pleetra sonora, favens.

Ecce venit Patriæ Patris instar, Ferdinandus

Electus tibi Rex, hunc reverenter, ama.

Sollicitas remove, que sunt inpectore, curas,

Usq; jubet sacra sors, fata benigna sequi.

Huc veniant Hylares, miscentes Gaudia vite,

Et quos alterius Sors bene culta juvet,

Iàm cito thura foco fumant, votivag, dentur

Xenia, pro electo, sic duce, dant e DEO.

Regius ipse chorus niteat, Decoratus ubiq;

Ut splendore Poli, sidera celsu nitent.

Gaude Theutonicum Genus, & dia Austria gaudet,

Pro nutu, Cæli, REX tibi, ab Arce venit.

Huic sacra verba canas, jubet hoc divinus Apollo,

Et jubet, huic recolas vota, precesq; Deus.

Pro Patriæ Patre, Ferdinandum gratia, Jesus,

Eligit in Regem, Sors & amica, notum

Scilicet Imperium Romanum, sorte juvando,

Bella per arma tegat, iussa per alta regat.

Opie REX, Divum, te Ferdinande, Potestas

Imperio sacro sic bene substituit.

Regnandi causa, metuas discrimina nulla.

Nec vite timeas, fata maligna, tue,

Nam Deus instituit veneranda Regimina terre,

In Decus, incolumen Nominis omne sui,

Quis enim violat, sacra Demandata Potentum

Haud hominum violat, iussa sed alta DEI

Iustitie gladium temerè baud gerit ipsa Potestas,

Sed jubet ut facias, quod jubet ipse Deus.

Scilicet ut cultus Musarum floreat omnis,

Et pietas, virtus, floreat ipsa Salus,

Floreat Imperium Romanum, floreat ipsa

Pro grege Maestas Regia, pacis amans

Floreat Elysij semper Pax optima rerum.

Floreat & recti candor & ipse Decor

Floreat & quicquid jubet, ac Rex imperat ipse,

Floreat & Mundi machina tota, Poli

Vt Majestati feliciter omnia Regis

Eveniant, sacro semper in Imperio.

Et FERDINANDO mea vota secunda, secundet,

Ergo sui regni, Nominis ergo, Deus.

Sit Patriæ pater auxilium, sedux, anchora, Asylon,

Præsidium iuvenum, subsidiumq; senum

Ipse pijs precibus, supplex pervulnera Christi,

Aeternum fidei voce, rogabo patrem.

Hæc est ipsa dies, resonant cur carmina ubiq;

Ilustri regi, ob Regia scepra, Boni

Quam Deus ipse dedit, nam Christi gloria rursus

Et FERDINANDO I Gloria, crescit, bonos

Rex patetò patriæ, tibi FERDINANDE, seruntur

Regnant causa Prosperiter imperij,

Candida vota fore, vultu meo, queso, sereno

Excipiers, superum Rex tibi tanta dedit.

IN
 AUGUSTISSIMUM,
 AVSPICATISSIMUM,
 SOLEMNISSIMUM
 SERENISSIMI
 CELSISSIMI, POTENTISSIMI
 PRINCIPIS ac DOMINI
 D. FERDINANDI
 II
 BOHEMIAE
 &c
 REGIS:
 ARCHIDUCIS AUSTRIÆ;
 DUCIS
 BURGUNDIAE
 MARCHIONIS
 MORAVIAE.
 DUCIS LUCENBURGI, SILESIAE,
 BRABANTIAE, STYRIAE, CARNIO-
 LAE, WIRTENBERGÆ & TECCE ETC
 PRINCIPIS SVEVIAE, MARCHIONIS
 LUSATIAE, COMITIS HABSBURGI,
 TIROLIS, GORICIAE, ETC
 in
 SILESIA
 &
 BRESLA
 Eius
 Metropolin
 INGRESSUM
 ad sum. Eiusd. Gentis
 Illustriss. & Laudatiss.
 PP. ac STAT. HOMAG.
 Humil. Apprecat.
 ODE GRATULATORIA
 JACOBI GÜNTHERI ZÜLCHOUIS.
 Phil & Med. D. ac P. C.
 BRAGÆ
 Typis Casparis Sigfridi. ANNO 1617.

80037/2, GSE